

συμπληρώσωσι τὰ ἐλλείμματα, νὰ λαμβάνωσι δὲ τὰ περισσεύματα. Ἀπαγορεύεται εἰς τοὺς ρέκτορας νὰ παραλαμβάνωσι μεθ' ἑαυτῶν τὰ βιβλία των πρὸς λογοδοσίαν εἰς Βενετίαν. Τὰ ὀχυρωματικὰ ἔργα ἐκτελοῦνται μετὰ προηγουμένην ἔγκρισιν τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων. 1312, Σεπτεμβρίου 23.

Quod ducha et consilarii Crete debeant omni anno mittere yperpera duo milia.

F^o 79^{to} Millesimo trecentesimo XII, die XXIII Septembris.

Quod mittetur precipiendo Duche et consiliariis Crete presentibus, et ponatur in commissione futurorum, quod omni anno debeant mittere Venecias yperpera duo mille omni occasione remota, facientes nichilominus deponi omni anno $\frac{II}{M}$ yperpera de introitibus et proventibus Candide, aliis quam de comercio et camerlangaria nostra Candide, qui non debeant inde accipi uel moueri, nisi per guerram que occureret in insula, uel propter mandatum domini Duche, prout olim captum fuit in consilio rogatorum et XL. Et mittatur rectori Rethemi et in commissione futurorum iniungatur quod sibi de suo sallario et solidatis Rethemi satisfaciant de redditibus Rethemi. Et mittatur etiam rectori Chanee, et iniungatur in commissione futurorum quod de redditibus et prouentibus Chanee ponant omni anno yperpera $\frac{C}{V}$ in aptatione et conseruatione moli Chanee, si opus fuerit et sibi etiam de suo salario et satisfaciant et soluant. Et si aliquid dictis rectoribus Rethemi et Chanee deficeret ad faciendum dictas expensas, mittant ad Ducham et consiliarios, et ab ipsis requirant. Et ipsi teneantur eis dare, seu mittere id quid deficeret, et si aliquid superhabundaret eis a dictis expensis debeant dare et assignare omni anno Duche et consiliariis Crete predictis. Et nichilominus ipsi rectores teneantur adducere suos quaternos rationum, et facere suas rationes Veneciis sicut tenentur modo. Verum si uideretur rectori Rethemi de faciendo aliquem laborem pro fortitudine loci, faciat id notum Duche et consiliariis Crete, et secundum quod eis uidebitur exequatur. Et si commissio uel capitulare est contra etc.

33

Ὁ Δούξ, οἱ σύμβουλοι καὶ οἱ ρέκτορες Κρήτης δὲν δύνανται νὰ πωλήσωσιν οὐδὲνα ἐκ τῶν ἵππων των, εἰ μὴ μόνον ἓνα μῆνα πρὸ τῆς συμπληρώσεως τῆς θητείας τῆς ὑπηρεσίας των, οὐχὶ ὁμῶς εἰς Ἑλληνα. 1313, Ἀπριλίου 26.

F^o 94^r Quod ducha, consilarii et rectores insule Cretensis non possint uendere aliquem suum equum, nisi per unum mensem ante complementum sui regiminis.

1 Millesimo trecentesimo XIII, die XXVI Aprilis.

Item cum Duchas et consilarii et rectores Crete per suas commissiones astringantur non posse facere nec fieri facere mercaciones per quandam consuetudinem, quam plures equi per predictos emunt et reuenduntur, et istud uidetur esse contra bonum statum comunis Veneciarum et tocius insule Crete. Capta

fuit pars quod addatur in commissionibus Duche et consiliariorum et rectorum
insule Crete, qui decetero eligentur, quod nec ipsi, nec aliquis ipsorum possint, nec
debeant uendere, nec uendi facere aliquem equum aliquo modo uel ingenio, nisi
per unum mensem ante complementum sui regiminis. Et si uendiderit per unum
mensem ante complementum sui regiminis non possint uendere alicui Greco.
Et si consilium, uel capitulare est contra etc. 10 15

34

Ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης ὀφείλουσι νὰ ἐξεύρωσιν ἕτερον μέρος καταλληλότερον καὶ τιμώ-
τερον διὰ τὰς κρατουμένας εἰς φυλάκισιν γυναῖκας. 1314, Ἰουλίου 4.

F^o 126^r Quod ducha et consilarii Cretensi, prouideant de alio loco magis honesto, pro mulieribus
detinentis.

Millesimo trecentesimo XIII, die IIII Julii. 1

Item cum de antiqua consuetudine obseruetur quod mulieres que detinentur
per dominium in Candida, detineantur in quodam castello, quod quidem castellum
non est honestum, nec conueniens mulieribus. Capta fuit pars quod addatur in
commissione Duche et consiliariorum presentium et futurorum de Creta, quod
ipsi prouideant, et prouidere debeant, de uno alio loco honesto et conuenienti in
Candida, ubi mulieres possint et debeant detineri honestius, cum fuerit oportu-
num, sicut dominio deinde melius uidebitur expedire. Et si commissio uel capi-
tulare est contra etc. 5 9

35

Ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης ὀφείλουσι πρὶν ἢ παραδίδωσι τὴν ὑπηρεσίαν, νὰ παραδίδωσιν
εἰς τοὺς διαδόχους των, ὅσα ἀνήκουσιν εἰς τὴν κοινότητα, τόσον εἰς χρῆμα, ὅσον καὶ εἰς ἄλλα
ἀντικείμενα. Οἱ δὲ διάδοχοι ὀφείλουσι νὰ παραλαμβάνωσι καὶ νὰ ἀναφέρωσιν εἰς τὸν Δόγην.
1314, Ἰουλίου 11.

F^o 127^r Quod ducha et consilarii Cretensi teneantur facere rationem ante eius recessum suo
successori.

Millesimo trecentesimo XIII, die XI Julii. 1

Item quod addatur in commissionibus Duche et consiliariorum Crete, et om-
nium aliorum rectorum qui uadunt extra Veneciis, etiam in illa potestaria Muriani,
quod ipsi teneantur ante eorum recessum a regiminibus, facere rationem suis suc-
cessoribus, de omnibus que dimittent in Comune, tam in denariis quam in aliis
omnibus rebus, et predicti successores teneantur uidere et recipere dictam ratio-
nem et ipsam per suas litteras domino Duci per predecessores suos per singulum. 5 7

36

Περὶ διορισμοῦ ρέκτορος εἰς Σητεῖαν. 1314, Ἰουλίου 21.